Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



dimisit. Et nocte eadem cum paruo pue
rulo nomine placido. cui superius
memoriam fecit. eiusdem montis ascendit
rupem ibique diutius orauit. Et oratione com
pleta tres petras in loco eodem pro signo
posuit. atque ad suum cunctis nescientib
monasterium redit. Cumque die alio adeum
pro necessitate aque predicti fratres redissent
dixerunt. Hic erupe illa in qua tres supra inui
ce positas petras inuenimus in modico
cauate. Valet enim omnipotens deus etiam in illo
montis cacumine aquam producere. ut
uobis laborem tanti itineris dignetur
auferre. Qui euntes. rupem montis quam
benedictus predixerat iam sudantem inue
nerunt. Cumque in ea cauum locum fecissent. sta
tim aqua repletus est. Que tam sufficienter
emanauit. ut nunc usque uberius defluat.
atque a illo montis cacumine usque ad in
feriora diffuitur.